UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De puteo qua impleto, submissa imagine eiusdem Abbatis theodosij.
Capvt LXXXI.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

cum statim exsiccatus est talis, tantusque à Deo nobis præstitus fons. Et in veritate vobis dicim^9, Christiani, multùm ieiuneauimus, multū orauimus, multas genuflexiones egimus, vt aquam reciperemus, nihilque profecimus. Annus ergo integer sine aqua fontis impletus est, eramusque in magna tribulatione. Statim verò vt pater noster bonus, & mitis destruxit lauachrum, Deus aquã iterum reddidit nobis.

1 *Ieiunium oratio, lachrymæ, & genuflexiones valent multum ad impetrandum aliquid à Deo.*

## *De puteo aqua impleto, submissa imagine eiusdem Abbatis Theodosij.*

## CAPVT LXXXI.

NArrauerunt nobis patres ipsi & istud dicentes: Mulier quædam fidelis in partibus Apamiæ his diebus puteum fodit. Cumq; plura expendisset, ingentesq; labores tolerasset, & effosso puteo in magnam altitudinem, aquam non inuenisset, in mœrore multa erat, & propter laborem, & propter impensas. Apparuit autem ei sic afflictæ mulier quædam in somnis dicens: Mitte in scopulum, & adduci tibi fac imaginem Abbatis Theodosij, & per ipsum tibi Deus aquam præstabit. Mulier autem protinus duos homines misit ex suis, accepitque imaginẽ sancti. Quam cùm in puteum [2] submisisset, statim aqua manauit, ita vt dimidium puteum impleretur. Tulerunt autem nobis ex eadem aqua, & bibimus, & glorificauimus Deum.

3 *Habes & hic imaginum vsum antiquum esse in Ecclesia, & earum venerationem.*

2 *Si imagines Deo non placerent, & earum veneratio, ad huius submissionem in puteum non exhibuisset tam magnum miraculum.*

Vita